

Pisanum
 Menibus impositum ~~constructis~~ robur in unum
 Protinus ascendit lentè dum ponitur alter,
 Dum pugnant Mauri, tantisque laboribus adsunt
 Alphæi properant, procedit Grunius ante,
 Oppositumque sibi violentum præterit hostem,
 Juxta quem reliqui mox progrediuntur in arcem.
 Maurorum quidam statim descendere scalas
 Incipiunt, multi sese præferre periculis
 Mortis non dubitant, ne confodiantur inulti,
 Sed velut accipitres celeri properare volatu
 Pennarum levitate solent, ubi plurimus anser
 Aëre suspensus fluvialia deserit arva,
 Et profecta velut promptos laniata per ungues,
 Cum plumis distracta jacent, sic cernere posses
 Pisanos properare, & barbara membra jacere.
 Inde Pyrenæ regionis rector in arcem
 Ascendens lætus superatos increpat hostes.
 Plures ense cadunt, multi cecidere fenestris,
 Hic certat jugulare mares, trahit ille puellas,

A Et facta præda, muri sternuntur, & ædes,
 Hinc ignis casās, & lignea tecta perurit, *cesos*
 Depopulans agros terræ loca circuit hospes.
 Inde viri veniunt, cum natis denique matres,
 Inde boves, pecudumque greges, & multa su-
 pellex. *asca*

urabe
 Pâscha celebratur, Batales de nexibus exit, *ant. P.*
 Cujus dat nato Pisana potentia Regnum.

Denique victores, felici classe parata,
 Ad sua quique meant, hos & de litore spectant, *hor. spec.*
 Et miranda canunt Christi magnalia gentes. *tant in loco*
 Pisanam tandem Burabe traductus in urbem, *rass. r.*
 Præbuit Italiæ sese spectabile monstrum. *Pisana II*

B

*Laurentii Veronensis liber de bello
 Majoricano explicat.*

Tunc fuit à Christo tecto velamine carnis
 Centenus quintus decimus millesimus annus.

Var. dicitur in fine de Hincert Jant.

Vetus predicti anni 1045 d. c. vel sic.